HIERONYMUS
um 836/859 Seite 232r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

siue pfectus & anniculus esaias plenius doceat dicens.
sic ouis aduictimã ductus est. & sic agnus in conspectu
tondentis se sine uoce & non aperiens os suũ. & hieremias
ego autem sicut agnus innocens ductus aduictimã & non cog
noui. & iohannes euuangelista. ecce agnus dei qui tollit
qui tollit peccata mundi. Iste agnus qui immolatur
in aegypto & cuius sanguine armantur postes fidei
& exterminator excluditur. anniculus autem quia pdicauit
annũ dni. acceptabilem diem retributionis. nec miretur
lector siquidem & princeps est & sacerdos & uitulus & aries
& agnus quũ in scripturis sciis prouariate causarum.
legamus eum dnm dm & hominem & pphetam & uirgã
& florem & radicem & principem & iudicem & regem
iustũ & iustitiã aptm & episcopũ brachiũ seruũ unguen
tem pastorem filiũ & puerũ. unigenitũ & primogenitũ
ostiũ uiam angelũ sagittã & sapientiã & multa alia.
quorũ omniũ siuo uero testimonia dicere pprio libro
indigent. In holocausto itaq; istius agni immaculati
& anniculi qui mane sẽp offertur faciat ipse princeps
sacrificiũ siue manaa & similiam siue donũ mane
mane sextam partem oefi subauditur simile sexta
autem pars oefi. dimidius modius est. siem oefi decima
pars cori est. idest tres modi nulli dubiũ quin sexta pars